

The Electronic Manipulus florum

www.manipulusflorum.com

Penitencia bd cum fontibus primis

Quis in seculo peccauit enormius
Paulo? Quis in religione grauius Petro?
Illi tamen per penitentiam meruerunt
assequi non solum

ministerium, sed magisterium
sanctitatis.

Quis in saeculo peccauit enormius
Paulo? quis in religione grauius Petro?
illi tamen per poenitentiam meruerunt
assequi non solum
peccatorum veniam, non solum
ministerium fidei, sed magisterium
sanctitatis.

Petrus Blesensis, *Epistolae*, 88 (PL 207,
col.277B-C).

Memor igitur misericordie quam filio
prodigo reuertenti pater euangelicus
legitur impendisse:

Memor esto misericordiae, quam filio
prodigo reuertenti pater euangelicus
legitur impendisse,
regressum filii gratanter admittas in
visceribus pietatis.

Petrus Blesensis, *Epistolae*, 88 (PL 207,
col.278B).

Nolite ergo ante tempus iudicare
quousque ueniat Dominus
et cetera.

Et Paulus egregius praedicator dicit:
Nolite iudicare ante tempus,
donec ueniat Dominus,
*qui et illuminabit abscondita tenebrarum
et manifestabit consilia cordium* (1 Cor.
4:5). Hoc tamen breuiter dico quoniam
peccator et indignus plus de uenientis
Iesu misericordia, quam de uestrae
pietatis iustitia praesumo. Et
sunt multa quae de iudicio illius homines
ignorant, quia fortasse quae uos laudatis
ille reprehendit et quae uos reprehenditis
ille laudabit.

Nam
multa sunt quae de iudicio Dei homines
ignorant quia fortasse quae uos laudatis
ille reprehendit, et quae uos reprehenditis
ille laudabit.

Petrus Rauennas in quodam sermone.

Gregorius Magnus, *Registrum
epistularum*, 5, 36 (CCSL 140, D.
Norberg ed., p.307, ll.99-105).